



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vsvardi Martyrologivm**

**Usuardus <Sangermanensis>**

**Lovanii, 1573**

Cyprianus epist. 37. sive lib. 3. epistola 6. [etc.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42790**

*Cyprianus epist. 37. sive lib. 3.  
epistola 6.*

**D**I E S eorum, quibus excedunt, annotate,  
vt commemorationes eorum inter me-  
morias Martyrum celebrare possimus.

*Loquitur eo loci beatissimus Cyprianus de Confessoribus, qui  
in carcere sine tortura excedebant, quibus consummatam mar-  
tyrij gloriam tribuere non dubitat, eò quod eorum voluntati  
confessioni, & vinculis, accesserit etiam moriendi terminus.*

*August. lib. 20. contra Faustum, cap. 21.*

**P**O P V L V S Christianus memorias Mar-  
tyrum religiosa solennitate concelebrat, &  
ad excitandam imitationem, & vt meritis co-  
rum consocietur, atque orationibus adiuuetur.

*Bernardus, sermone in vigiliam  
Petri & Pauli.*

**T**R I A sunt quae in festiuitatibus Sancto-  
rum vigilanter considerare debemus:  
auxilium Sancti, exemplum eius, confusionem  
nostram.

*Hadrianus Papa I. in scripto de imagi-  
nibus ad Carolum Magnum.*

**P**ASSIONE S sanctorum Martyrum, sa-  
cri Canones censuerunt, vt liceat etiam in cilij Africæ-  
Ecclesia legi, cum anniversarij dies eorum ce- ni/ 47. Car-  
lebrantur. thag. terij.

*Gelasius in Concilio septuaginta  
Episcoporum.*

**Q**VÆDAM tamen secundum auctorita-  
tem antiquam, vel consuetudinem,  
E 3      *sangu-*

singulari cautela in Sancta Romana Ecclesi  
non leguntur, ne vel leuius subsannandi o  
retur occasio.

*Gregorius homilia 39. Euangeliorum.*

**A**D amorem Dei, & proximi, plerumq  
corda audientium plus exempla, quā  
verba, excitant,

*Leo Sermon de S. Laurentio.*

**N**VLLO RVM est utilior forma, quā  
Martyrum eloquentia. Validiora su  
exempla, quam verba: & plenius est ope  
docere, quam voce.

*Ambrosius Sermone 92. de Nazare  
rio & Celso.*

**M**AGNI periculi res est, si post Proph  
tarum oracula, post Apostolorum testi  
monia, post Martyrum vulnera, veterem  
dem, quasi nouellam discutere præsumas,  
post tam manifestos duces, in errore per  
neas, & post morientium sudores, ociosa dispu  
tatione contendas. Veneremur ergo in Sancto  
rum Martyrum gloria fidem nostram.

*Sulpitius Seuerus dialogo primo, qui  
Gallus inscribitur, Cap. 12.*

**A**D excitandam virtutum æmulationem  
cui pauca non sufficiunt, multa no  
proderunt.

QV&